



Universitätsbibliothek Paderborn

**De Monstris Et Monstrosis, Qvam Mirabilis, Bonvs, Et
Ivstvs, In Mvndo Administrando, Sit Devs, Monstrantibvs**

Stengel, Georg

Ingolstadij, 1647

§. 1. Vitijs homines, non naturâ, sed moribus in bestias mutari.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51168](#)

C A P V T X V .

*Suismet homines vitiis in quales bestias
transmutentur?*

§. I.

*Vitiis homines, non naturâ, sed moribus in
bestias mutari.*

 Vi mores hominum ingeniaque, vult inspicere, neque naturam, neque naturæ Authorem, immò neq; admodum Dei hominumque calumniatorem, tanquam monstrorum caussam, sed se ipsum potius intelligit, aut eos, qui monstrositate aliqua afficiuntur, trutina dignos esse. Siquidem illi sunt potissimum monstrorum caussa, in quorum ea pœnam vel Deus, vel natura à Deo gubernata, vel hostis humanæ gentis mittit, aut efficit. Quanquam ea indole sunt homines depravati; vt non expectent manum de cælo punientem; præueniunt enim iram diuinam, & antè ex seipsis monstra efficiunt, quam alijs monstris puniantur. Non enim solis beneficijs, sed omnibus quoque ceteris vitiis homines in bestias transformantur.

Quod non eo intellectu capiendum est, Isidor. Basilius, lib. de quo Isidorus Basilidis filius, apud Clemen-

L 1 5

tem

annata
anima
Clemens
Alexand.
lib. 4.
Strom.
c. 9.

tem Alexandrinum, physicam quandam & portentosam hominis, pro virtutis qualitate, in varia ferarum ac etiam plantarum genera transformationem inuexit. Verba Clementis sunt: Basiliidis sectatores virtus & animi perturbationes consueverunt vocare περσατηματα, id est, appendices; & ea esse quosdam in essentia spiritus appensos anima ratione præditæ, per quandam conturbationem & confusionem principalem: & alias rursus spirituum adulterinas, & diuersi generis naturas ijs adnasci, utpote lupi, simiae, leonis, vrsi, quorum proprietates, que visione in anima apprehenduntur, anima cupiditates animalibus dicunt assimilare. Quarum enim ferunt proprietates, earum opera factaque imitantur. Et non solum cum rationis expertium animalium appetitionibus, & visionibus coniunctionem ineunt & familiaritatem, sed etiam plantarum emulantur motus & pulchritudines, propterea quod plantarum quoque adiunctas habeant proprietates: habere autem etiam habitus proprietates, utpote duritatem adamantis. Hæc Basilidis sectatores docuerunt. Erroris est; & quia pertinacia accedit, hæresis, & stulta impietas, quam, præter dictum Clementem, omnia refellunt, que à re-

à recentioribus hæreticorum confutatori-
bus scripta sunt, in non dissimile sententiæ
monstrum à Mattheia Flaccio Illyrico fa-
tuè excogitatum. Itaque quæ nos allaturi
sumus, non de physica, sed morali & me-
taphorica transmutatione sunt accipien-
da, quæ non in natura, sed in similitudine
morum consistit. Quo pacto & Prophetæ
loquuntur, ut ille cùm ait: *Nolite fieri sicut Psal. 31.9.*
equus & mulus, quibus non est intellectus.
Non dixit, *Nolite fieri equus & mulus, sed*
sicut equus & mulus. Sat ignominiæ est ho-
mini, satisque monstruosum, si comparetur *Psal. 48.*
iumentis insipientibus, & similis fiat illis. Si ^{13.}
enim insipiens est, maximo hominis orna-
mento caret, quod est, sapere. Neq; con-
tumeliosius potest quisquam ab altero ap-
pellari, quam si *pecus*, si *bestia*, si *canis*, si
asinus, si *porcus*, aut *bellua* appelletur.

§. II.

Peccatis rationem spiri, qua sola à brutis
distantur.

Atqui omnino, quisquis peccat, vel in
magnam, vel in paruam bestiam abit, pro
peccati vel magnitudine, vel paruitate.
Quid est homo? ait Epictetus, *Animal ratio-*
ne præditum, ac mortale (quod addit, quia
&c